



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 186. Christiani ab Amurate præventi, cæsique

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

§. CLXXXVI.

Sæcul. XV.  
A. C. 1448.*Christiani ab Amurate præventi,  
cæsique.*

Prima die prælium non nisi ingruenti-  
bus noctis tenebris diremptum est,  
non sine ingenti Turcarum clade; postri- *Spond ad  
hunc ann. n. 5*  
die redintegrato certamine a summo ma-  
ne ad noctem usque haud minore fervo-  
re, sed longe majori Christianorum cæde  
dimicatum fuit, donec tertia die, quæ  
erat Sabbathum, prima luce concurrenti-  
bus utrinque copiis post multam ubique  
cladem, Christiani triduano labore nimium  
confecti, a Turcis profligati, ac demum in  
fugam versi essent, octo Valachorum mil-  
libus, ut ferunt, per summam ignaviam  
instante prælio Huniadis signa deserenti-  
bus, atque ad Amuratem transeuntibus,  
qui tamen perfidorum defectionem per-  
horrescens, eos suis vexillis minime ad-  
scribi voluit, sed cunctos in ipso cetero-  
rum Christianorum conspectu trucidari  
jussit. Occubuerunt in hoc prælio Ze- *Bonfin.*  
cheles Huniadis Nepos, & Valachorum *3. Dec. 7.*  
Præfectus, Legatus Apostolicus, magna- *p. 499.*  
que Procerum pars; e Turcis vero tri-  
ginta quatuor millia ceciderunt, octo mil- *Æn Sylv.*  
Europ. c. 6.  
libus Christianorum desideratis; Amu-  
rates enim captivos omnes obtruncari  
præcepit.

O 5 §.CLXXXVII.